Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

Sectio Ima

urn:nbn:de:bsz:31-131792

Visual Library

Ettl. 0.10

DISPUTATIO

de Legibus in Communi.

Sectio 1ma

Quid sit Lex; an Promulgatio et Acceptatio sit de eius Essentia?

Conclusio 1. Lex est praeceptum iustum stabile, obligans communitatem ad aliquid faciendum aut omittendum. Haec definitio naturam legis bene clareque explicat, continetque omnia, quae ad illius essentiam pertinent, nempe iustitiam, stabilitatem seu perpetuitatem et authoritatem publicam: quod per alias explicabimus sectiones.

Ob. 1. Sanctus Thomas legem sic definit: Lex est rationis ordinatio ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet, promulgata: alii vero sic: lex est rectum rationis practicae dictamen aliquid subditis propter bonum commune faciendum imperans: ergo nostra definitio non est admittenda. R. neg. consequentiam: licet n. definitio Doctoris Angelici, sicut et altera si bene intelligatur et explicetur, tolerari possit, nostram aliam substituimus tum quia lex est magis voluntatis quam rationis, ut mox videbimus; tum quia definitio S. Thomae convenit etiam consilio seu monito dato à superiori communitati: tum quia sa-

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

bilitas seu perpetuitas, quae sunt de ratione legis, dissimiliter ex illis definitionibus eruuntur.

Ob. 2. Lex et praeceptum coincidunt: ergo illa male per hoc definitur. Resp. neg. quia sunt n. lex et praeceptum, imo etiam ius, constitutiones, statuta et sanctio saepe inter se confunduntur, distinguuntur tamen, si accurate loqui velimus. Nam praeceptum dupliciter sumitur: proprie et stricte signat mandatum ad personas quasdam privatas et particulares: in ampliori autem significatione est genus ad legem et praeceptum stricte sumptum. Ita ius in rigore non significat ipsam legem, sed potius objectum legis seu id, quod statuit lex, adeoque est effectus legis ut recte Haunold. de Jur. et Just. Tract. 1. cap. 1. n. 2.

Distinctio inter legem et praeceptum.

Constitutiones stricte dicuntur decreta Summi Pontif. sicut leges decreta Imperat. Reg. aliorumque Principum, qui Ius absolutum in suis territorijs obtinent. Unde leges saepe etiam sacra dicuntur.

Statuta vocari solent decreta inferiorum Principum, Ordinum religiosorum ac Civitatum.

Sanctio importat certam poenam latam aut ferendam in eos, qui legem praevaricantur, atque per

hoc à lege constituentis, statutis ac praeceptis distingui.
Conclo 3. Lex est actus voluntatis: Prob. 1. ex
S. S. Psalm. 102. v. 7. Notas fecit vias suas Moysi Fi-
lijs Israël voluntates suas. 2. Machab. 1. v. 3. Det vobis
cor ut faciatis ejus voluntatem. Et Joan. 4. v. 34. Meus
cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me. Prob. 2. ratione:
Ablata voluntate superioris tollitur etiam lex: ergo formaliter con-
sistit in actu voluntatis. Consequentia est evidens ex regula partium.
Ans prob: Ablata voluntate superioris non obligantur subditus
ad quidquam: ergo tollitur lex. confirmatur: Res communiter legem conjici-
unt in voluntatem dum aiunt: Meus Dominus et superior vult
ut hoc faciam; vult ut non faciam. Unde etiam illud car-
men communissime videtur:
Sic volo sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Pro gra
Obi. Lex est opus rationis; ergo non fere in cognoscendo: ergo non con-
sistit in voluntate. R. dist. Ans: lex est opus rationis, quatenus suppo-
nit ex ratione recta et prudenti iudicium legislatoris suppo-
nit, concedo: quatenus formaliter et essentialiter in eo consistit, neg.
Ans et consequentia.
Ob. 2. Nil cognitum, nil volitum: ergo si lex
consistit in voluntate, prius consistit in in-
tellectu. R. tres actus concurrere ad legem
prout est in legislatore. primo actum intellectus
seu cognitionem illius objecti, ad quod legislator
subditos obligare intendit. 2. Actum vo-
luntatis, quo legislator vult observari
à subditis id, quod intellectus praecognovit,
atque in hoc actu solo consistit formaliter lex.
Tertio. Promulgationem seu manifestati-
onem exteriorem eiusdem voluntatis, de qua sit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

3

mense effluxerit, ut tollitur usus et ex-
ecutio Bullarum, Constitutionum et Authenticarum: ut
forte novae Constitutiones S. Pontif. Leges
et Constitutiones Pontificiae quae de
novo eduntur, statim obligare universum
orbem christianum postquam Romae fuerint
promulgatae, ut infra probabimus.

2. Leges naturales non debent promulgari, nisi
per ipsum dictamen rationis nobis a Deo infu-
sum: positivae vero tam divinae quam humanae
tam civiles quam Ecclesiasticae requirunt promul-
gationem sensibilem publicam et sollemnem, fac-
tam vel ipsi communitati, vel iis, qui eandem repre-
sentant. Qualis vero solemnitas requiratur
ex singulorum locorum iuribus aut consuetu-
dine petendum est.

3. Invincibiliter ignorantes revocationem
de lege non incurrere poenam aut culpam
obligari tamen lege, quoad alios enim effectus
v.g. irritandi contractum unde si contrahunt
contra legem, quam invincibiliter ignorant

non penas quidem contrary tn est invalidus
et nullus.

4. Subditos qui legem latam primo vio
lant, peccare. Dico: qui primo violant:
non peccant ij, qui contra legem agunt,
postquam sciente et dissimulante princi
pe maior pars civitatis legem infringit. Ra
tio est; quia lex in tali casu censetur ex
tacito consensu principis amittere vim ob
ligandi. Quod si tn Princeps urgeat le
gis observationem, tenetur eam quilibet servare
quidquid ceteri faciant, aut non faciant.

5. Subditos etsi legem detulare non
posse tn, si videatur ea nimis diffi
cilis appellare ab inferiore legislatore ad
superiorem, atque interim dum veniat resolu
tio, executionem legis suspendere, ut Doct.
communis contra Vasquez.